

Quanti esempi di famose città decadute: Aquileia, Ravenna, Sinigaglia, Adria, e, soprattutto, Roma, ridotta quasi a nulla!

Ma anche a Roma ci si sente sano riguardo al corpo; l'animo è un po' fiacco, non però peggiore,

il che sarebbe una colpa per chi veda in Roma tanti monumenti religiosi,

tante reliquie dei santi,

le stazioni quarantalesimali frequentate dai pellegrini,

e le centinaia di chiese.

parum de causa constaret, tamen abunde fidem experientia facit. hinc Aquileia, splendidissima quondam civitas, hoc malo famosa est; Ravenna ex urbibus Italiae, ut pene dixerim, antiquissima, Senogallia, a Gallis Senonibus ita dicta ^(a), Adria, a qua mare Adriaticum nomen habuit, et Roma, quondam orbis caput, nunc nudum nomen et fabula, ac plerumque alie hoc nomine cognite sunt. michi vero, gratias Deo, posteaquam huc veni, validudo corporis integra fuit, quam frugalitate et exercitio confeci, medicamentis optimis et habende et retinende ^(b) sospitatis; verum animo atque ingenio laboro. animo quidem, non ut deterior ^(c) sim quam soleo, quasi de me dici ^(d) tritum vulgo proverbium possit: « canis qui Romam petit, idemque lupo redit » ⁽¹⁾; imo vero, quod non arroganter dixerim, melior aliquanto sum. quis enim non commoveatur animo, nisi plane perditissimus hominum sit, atque aliquando in se reversus exiget a se ipso demeritorum suorum rationem, cum viderit tot sacra loca, tot templa, tot sanctorum reliquias, tot tantaque vere religionis monumenta, que visitationibus quo maiori devotione frequentarentur, sanctissimi pontifices peccatorum vel omnium vel pro magna parte remissiones indulserunt? ego quidem non temere crediderim plus esse hic sacrorum corporum et venerandarum ^(e) reliquiarum quam apud reliquum universum orbem Christianum. hec quem non moveant, cui non religionem incutiant? ac preter ea quadragesimales he stationes quas vulgus antiquo vocabulo statas ^(f) ⁽²⁾ appellat, quasque non pontifices, ut olim, sed plebs et peregrinorum turbe magno concursu frequentant, ut taceam prope trecentarum atque

(a) E condita et ita dicta (b) R tenende (c) R ditior (d) GE dict de me
(e) GERa venerabilium (f) G statas

storici, del componimento, dobbiamo rimandare il lettore alle opere di JORDAN, VON URLICH, LANCIANI &c., e questo a cagione della nostra incompetenza, pur troppo evidente, per siffatte indagini. Nelle poche note aggiunte si troveranno soltanto le indicazioni più indispensabili ed elementari.

(1) Sull'origine di questo proverbio confessiamo di non poter dare notizia.

(2) Nel commento di BENVENUTO RAMBALDI a VALERIO MASSIMO, al prin-

cipio del testo, leggesi questa glossa: « Nota de cerimoniis stata esse vocabulum speciale Iovi; cerimonia vero nomen generale est, ad sacrificium cuiuscunque dei. Sed ego intellexi a reverendo viro magistro Iohanne de Ravenna quod debebat dicere statas pro statutas, cui puto fore credendum magis » (cf. R. SABBADINI, *Giovanni da Ravenna* cit., p. 29). Così pure CIC. *Tusc.* I, XLVII, 113: « sollemne et statum sacrificium ».